



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. De Vilumbris, seu de Vmbria trans Apenninum sita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

N V M. 3. *Vmbrorum fines & diuisio.*

FINES Vmbriæ antiquæ igitur hi vulgò recepti sunt: ab Occidente Vtens Fl. *Montone*, cum lineâ ad fontes Tiberis ductâ, Tiberis ipse vsque ad Naris Fl. confluentias. A Meridie Nar ipse totus ad suos fontes in monte Fiscello *Monte Visso*. Ab Oriente linea producta ad medium Æsis fluuij *Fiumecino*, & reliqua pars Æsis ad mare. Denique à Septentrione mare superum, aut Hadriatici sinus pars.

DIVISIO apud Ptolemæum legitur in Olumbros, & Vilumbros: ex urbium autem positione si vnâ excipias inuenio Vilumbros trans Apenninum esse, Olumbros cis Apenninum, quâ diuisione vtemur quia methodica, licet eam Cluuerius improbet.

§. 2. *Geographica Vmbrorum descriptio.*

N V M. 1. *De Vilumbris, seu Vmbriâ trans Apenninum sitâ, partie de la Romagne, de la Romaigne Florentine, la plupart du Duché d'Vrbini, l'État de Fano, & partie de la Marche d'Ancone:*

- |       |   |   |
|-------|---|---|
| V R-  | { | ARIMINVM Colonia: hodie <i>Rimini</i> ; vbi fax prima belli ciuilis exarsit, sic dictum à propinquo fluuio. A Plutarcho in Cæsare vocatur magna Galliæ vrbs, & inter 18. colonias à Triumuiris, militibus destinata est.  |
| B E S |   | Pisaurum, seu Pisaurus Colo. <i>Pesaro</i> ; nomen habet à præterluente fluuio, dictâque Col. Iulia felix.  |
| M A-  | { | Fanum Fortunæ: <i>Fano</i> , & ἀπλων Fanum, Procopio Fanus; incolæ Faneſtres, vnde postea ab Augusto dicta Colo. Iulia Faneſtris.   |
| RITI- |   | SENA GALLICA, & Senogallia Colonia: nunc <i>Senogaglia</i> , & <i>Sinigaglia</i> dicitur; est apud Liuium simpliciter Sena. Nomen habet à Senonibus Gallis eius conditoribus, incolæ Senenses, & Senogallienſes. De errore Melæ eam locantis ad Aternum Fl. vide Cluuerium. |
| M Æ.  | { |   |
| V R-  |   | CAMERINVM Col. <i>Camerino</i> ; Camarinum Cæsari, Cameria Appiano: eius incolas suos ciues appellat Cato.  |

- BES Sentinum : *Sentina*, incolæ Sentinates : ad hanc urbem Decius deuotus occubuit.
- Attidium : *Attigio*, vicus prope Fabrianum ; huius ager Atidialis vocatur.
- ME- Busta Gallorum : *locus intercidit*; sic dictus quòd hîc Galli victi ad Sentinum demortuorum corpora cremassent. Situs erat Sentinum inter & Attidium.
- DI- Forum Sempronij : *Fossumbrone*, vel *Fossumbruno* municipium ; tamen à Strabone inter exigua loca numeratur.
- TER- Vrbinum Hortense : nunc *Vrbino*; Procopio Vrbinus, à quo describitur in colle, cum vnico fonte.
- RA- Vrbinum Metaurense à Fl. Metauro : hodie *Castel Durante*; municipium vt loquitur inscriptio.
- NEÆ. Tifernum Metaurense ad prædictum Fl. hodie *S. Angelo in Vado*, vt arguunt inscriptiones.
- SARSINA : *Sarsina*, seu *Sarsena*, Plauti patria qui Vmbri- ca voce ipse Vmber *Plotus* dictus est, hoc est *Planipes*, & postea Plaurus.
- FLV- Sapis, & Rubicon ; *de quibus in Gallia Cisalpinâ.*
- M I- Ariminus, & Ariminum : hodie *Marechia*.
- NA Pisaurus aliter Isaurus Vibio Sequestro, & Lucano : hodie *Foglia*.
- Crustumenius, & Crustumenum Plinio : *Conca*.
- in su- METAVRVS, & Mataurus inclitus clade Afrubalis ; perum hodie *Metaro*, & *Metro*.
- mare Ælis Fl. Afius Prolem. *Αἰῖνος* Appiano, sic dictus ait Silius à Rege Pelasgo Æsi; hodie *Fiumesino Fiume*, voce decidia. corrupta, pro *Esino Fiume*.
- NVM. 2. *De Olombris, seu Vmbriâ cis Apenninum*, partie du Duché d'Vrbin, partie du Territoire de Perouse, le Comté de Citta Castellana, & la pluspart du Duché de Spolere.
- VR- Tifernum Tiberinum ad discrimen Metaurense, Municipium : hodie, *Citta di Castello*.